

S V M M A  
PECCATORVM  
CAPITALIVM;

SECVNDVM COMMVNEM  
Opinionem Doctorem .

AVCTORE SEBASTIANO MEDICE  
*Florentino, Doctore, Equite S. Ste-*  
*phani, & Prot. Apost.*

P

In hac Secunda impressione correcta .



V E N E T I I S,  
Apud Bernardum Iuntam, & Fratres.  
M D L X X X I I



ILLVSTRI, AC  
REVERENDISS.

D. ALEXANDRO MEDICI  
ARCHIEP. FLOR.



*Seb. Med. S. P. D.*



V M ipse me pri-  
mum ad ampli-  
tudinem tuam  
officijs meis am-  
plectendam cō-  
stituissem, illud  
in primis præoculis habui, ne qua  
a 2 tibi

1

S V M M A

# PECCATORVM CAPITALIVM,

AVCTORE SEBASTIANO  
MEDICE FLORENTINO  
DOCTORE.

De peccatis in Genere:

Tit. primo.

*Definitio peccati. Questio Prima.*



**P**ECCATVM est dictum, vel factum, vel concupitum contra legem, Dei Aug. lib. 22. contra Faustum. cap. 27. vol. 6. quem refert, & seq. Magist. sen. lib. 2. dist. 3. in princ. Ray. tit. de pec. c. 1. ver. 1. S. Th. 1. 2. q. 71. art. 6. & q. 75. art. 1. Canisius in summ. doct. Chri. tit. de peccatis cap. 1. Tabien. in summa ver. peccatum c. 1. num. 1. ver. Quarto definitur. Dom. Soto de iustitia, & iure lib. 1. q. 2. ver. vnde optime. Arch. Flor. 1. P. summae tit. 6. c. 1. in princ. gl. pen. e. ille rex de poenit. dist. 3. Nauarr. in 7. prael. Man. Confes. nu. 5. in qua defin. ponuntur duo. vnum, quod pertinet ad substantiam actus humani, quod est quasi materiale in peccato, cum dicitur dictum, vel factum, vel concupitum; aliud autem, quod pertinet ad rationem mali, quod est quasi formale in peccato, cum dicitur contra legem Dei; Ita S. Th. d. art. 6. Item in d. definitione comprehenditur quoq. peccatum omissionis, nam licet omisio non sit dictum, vel factum, vel concupitum affirmatiuum, est tamen negatiuum, videlicet non dicere, non facere, vel non concupiscere, id ad quod quis tenetur, quia

A

affir-

S V M M A

PECCATORVM  
CAPITALIVM,

AVCTORE SEBASTIANO  
MEDICE FLORENTINO  
DOCTORE,

PARS SECVNDA.



De peccato Gulæ. Tit. VII.

*Gula quid sit. Quest. I.*



**P**RIMO quero quid sit Gula? Resp. ex men-  
te omnium, quod est inordinatus appetitus  
edendi, & bibendi, Sanctus Thomas 2. 2. que-  
stio. 148. ar. 1. Alex. de Ales 2. p. q. 141. memb.  
1. Syl. ver. Gula. nu. 1. Vig. de uirt. temper. c. 7.

§. 3. iter. 3. Tab. uer. gula. num. 1. S. Ant. 2. par. tit. 6. c. 1. in prin.  
Armilla ver. gula num. 1. Nauar. Man. Confess. c. 23. nu. 19.  
Cant. in Cathech. tit. de pecc. capital. cap. 7.

*Gula an sit peccatum. Quest. II.*

**S**ecundo quero, vtrum gula sit peccatum? Respon. quod sic  
Greg. lib. 30. c. 26. Moral. dicit quod ad conflictum spiri-  
tualis